



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

341. Ut de decimis quatuor fiant portiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quod non ubique sacrificium sit offerendum. Ex epistola Anacleti Pape.

CCCXXXIX. Sacerdotes quando sa-  
crificant, non soli hoc agere debent, sed te-  
stes secum adhibeant, ut Deo perfectè in fa-  
critis Domino locis sacrificare probentur. Ait  
namque auctoritas legis divinæ: *Vide ne offe-*  
*ras holocausta tua in omni loco quem videris, sed*  
*in loco quem elegit Dominus Deus tuus.*

Ubi sit Missa celebranda. Ex Concilio  
sancti Silvestri.

CCCXL. Ut nullus Presbyter Missam Lib. 6. Capi-  
celebrare præsumat nisi in sacratis ab Episco-  
po locis, qui sui particeps de cetero voluerit  
esse sacerdotij.

*Caput istud habetur in epilogo quem vocant  
Concilij Romani sub Papa Silvestro celebra-  
ti, & inde apud Gratianum Dist. 1. de con-  
secrat. cap. 15. Vide Capitulare Theodulfi  
Aurelianensis cap. II. Capitulare Abytonis  
Episcopi Basileensis cap. 8. & Capitula ejus-  
dem cap. 14. Vide etiam Addit. I. Capitu-  
lar. cap. 10.*

Ut de decimis quatuor fiant portiones. Ex  
synodo Nannetensi.

CCCXLI. Instruendi sunt Presbyteri pa-  
riterque admonendi quatinus noverint deci-  
mas & oblationes quas à fidelibus accipiunt,  
pauperum & hospitum & peregrinorum esse  
stipendia, & non quasi suis sed quasi commen-  
datis uti, de quibus omnibus sciant se ratio-

Concil. Nan-  
net. c. 10.  
Lib. 7. Capi-  
tular. c. 290.  
Burchard. lib.  
3. c. 138.

nem posituros in conspectu Dei , & nisi eas fi-  
deliter pauperibus & his qui præmissi sunt ad-  
ministraverint , damna\* patiendos. Qualiter  
verò dispensari debeant , canones sancti insti-  
tuunt ; scilicet ut quatuor partes inde fiant,  
una ad fabricam Ecclesiæ relevandam , altera  
pauperibus distribuenda , tertia Presbytero  
cum suis Clericis habenda , quarta Episcopo  
reservanda , ut quicquid exinde juss erit , pru-  
denti consilio fiat.

Si Episcopus aut Presbyter rem Ecclesiæ  
quocunque ingenio alienare præsump-  
serit. *Ex Concilio Bracarense.*

Concil Bra-  
car 2. c. 17.  
Burchard. lib.  
3. c. 179.

C C C X L I I . Si quis Presbyter aut Dia-  
conus inventus fuerit de ministeriis Ecclesiæ  
aliquid venundasse , quia sacrilegium commi-  
sit , placuit eum in ordinatione Ecclesiæ non  
haberi. In judicio tamen Episcopi dimitten-  
dum est siue dignus sit siue indignus in suo re-  
cipi gradu.

Ut nulli Præfulti possessionem magnam vel  
parvam Ecclesiæ liceat in perpetuum alie-  
nare. *Ex decretis Symmachii Papæ.*

Concil. Ro-  
man. 3. sub  
Symmacho  
c. 4.

C C C X L I I I . Ut nulli apostolicæ sedis  
Præfulti liceat prædium rusticum , quantæcum-  
que fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis , sub  
perpetua alienatione vel commutatione ad cu-  
juslibet jura transferre. [ *Vide Concilium Pa-  
riense lib. 1. cap. 17.* ]

De eadem re. *Ex eodem.*

Ex eod. Conc.  
Rom. c. 5.

C C C X L I V . Sancte domus in quibuslibet  
urbibus